R. G. ADAMS

Questo libro composto di libretti trentanove ha un gran valore. Il suo piu gran pregio consiste nella lettera di Cristoforo Colombo in lingua Spagnola.



Thomas Randolph Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

Thomas R. Adams

The John Carter Brown Library

GIFT OF

[illegible] R. Adams


98-106-28

AD LEONARDVM MOCENICVM VERONÆ PRÆTOREM ILLVSTRISSIMVM

In Patriam ſe recipere parantem.

CARMEN

BARTHOLOMÆI TORTELLETTI.



VERONÆ,
Apud Hieronymum Diſcipulum.
M D XCVI.

BAILARDINO NOGAROLAE
COMITI ORNATISSIMO
S. D. P.

Bartholomæus Tortellettus.

IAM quod à me vehementer deſiderare te ſignificabas, ad te mitto, BAILARDINE vir illuſtris, inſulſum illud quidem, & nullius momenti Carmen, neq; enim ob temporis anguſtias, & ob multa, quibus aſſiduè deſtineor, negotia perfecti ore ſtilo licuit vti, ſed amoris tamen, & obſequij erga te mei non leue fortaſſis argumentum. Quod ſi quis roget, cur ad laudes tanti viri (de Prætore noſtro loquor) aliquo modo deſcribendas alienis mihi ſtimulis opus fuerit, illud in primis reſponſum dederim, quod ne tu quidem (vt arbitror) audeas refellere, propterea quod onus, quod meis humeris impar eſſe vidi, mihi ſubterfugiendum, & præſtantiori ingenio relinquendum eſſe iudicaui. Vale, & qualecunque hoc ſit boni conſule.

RPJCB

AD LEONARDVM MOCENICVM VERONAE PRAETOREM ILLVSTRISSIMVM

ABEVNTEM CARMEN.

NONDVM manantes oculis frænauimus amnes
Effuſi vultum lachrymis, & triſtia nondum
Verba modum reperere, dolor quæ nutrit acerbus
SCIPIADAM ob clarum, noſtris quem nuper ab oris
Munere digreſſum expleto data meta laborum
Reſtituit Patriæ, atq; in tecta remiſit auita;
Et tamen (heu diræ leges, heu ſæuus eundi
Mos patrius, ſi fas mœrenti abrumpere vocem)
Tempus adeſt, LEONARDE, citũ quo tu quoq; greſſũ
Moliri velis, & regnata excedere terra?
Ecquis erit flendi finis, ni tota liqueſcant
Corpora? ni irriguæ ſoluant ſe in flumina venæ?
Sed prius (vrget amor nam me, & vis abdita mente)
Quam ſe ſumma dies, & ineuitabile fatum
Offerat, immenſiq; auertant carmina luctus,
Sit mihi fas aliquid laudum moſtrare tuarum:
Vera canam, ornatus abeant, & inania rerum
Tegmina, fœcundi fuerunt quæ fingere vates,

Immeritos hæc quippe decent, tibi cortice nullo
Eſt opus, & magnus manifeſta in luce refulges.
Vix te digreſſum patriæ de finibus oræ
Accelerare gradum, ſceptriq; inſigne tenere
Nouerat, & ſtudio Heroem collecta videndi
VERONA, & merito venientem inducere honore
Miſerat egregios equites, turbamq; ſequentem,
Qui te ſuſciperent, & limina ad alta vocarent
Solliciti; effuſæ tectis longo ordine matres,
Par quibus ardor erat, generoſa & corde voluptas,
Spectabant, lætiq; ſenes, hilaresq; puellæ,
Ingentiq; vijs plenis clamore fauebant.
Cum primum (quid ego primum, nam præuia longè
Fama tui magno ciues impleat amore?)
Arrectæ ſpes ſunt animis, & pectora multam
Concepere fidem, fore nobis aurea ſecla
Te Duce, & aſſiduo finem veniſſe labori;
Magna viri virtus animis, magnusq; cucurrit
Gentis honos, clariq; ataui, clariq; nepotes.
Tempore nam ex illo, cum longa per atria tecti
Haud validum vix ferre pedem, matremq; vocare
Poſſes, te fotum gremio Tritonidis almæ,
Et Sophiæ cum lacte datos hauſiſſe liquores
Noramus: ſed enim poſtquã hæc ad mœnia ventum eſt,
Præſentemq: datum, & pulcherrima facta tueri,
Maxima ſe rebus confeſſa eſt fama minorem.
Propterea nec quemquam hominum ſpes illa fefellit,
Nec

Nec tibi conceptos animis æquare labores
Sat fuit, at ſuperans longè expectata perennem
Egregijs famam rebus, nomenq́; paraſti,
Vt te nulla dies memori poſt eximat æuo,
Manſurumq́; tibi non duro è marmore templum
Erexti, verum hanc vrbem, populumq́; potentem,
Quotq́; habet illa viros altaria viua dicaſti.
Hoc opus, hic labor eſt, atq; hæc tibi maxima cura
Scilicet, vt pulchras artes, & dona Mineruæ
(Iis neq; enim ſolis Cœlo contentus abires)
Relligio regat, & coniungat fœdere dextram,
Quæ ſecus ingentem caperent malè tuta ruinam.
In pictis veluti pratis æſtate ſerena
Si ad flores vertantur apes, atq; agmine fuſo
Obſideant apicem, populenq́; virentia rura
Et cæræ, & dulcis generandi ardore liquoris,
Tum quicquid ſenſim in paruam demittitur aluum,
Melle vltrò mutant, atq; implent nectare cellas.
Sin ſuccos labris (dij peſtem arcete) bibentem,
Atq; auidas pulchro ſaturantem germine fauces
Accipiant herbæ colubrum, cui terga trahuntur
Lubrica, & inſano triplices ſunt gutture linguæ,
Multipedemue ferum mutatæ ſemen Aracnes,
Heu ſoluunt in lethiferum ſe ſe hauſta venenum
Lilia, & in potus violæ vertuntur amaros.
Non aliter pateant cui priſci oracula ſecli,
Et quæ facundi veterum ſcripſere ſecuti

(Tantus amor laudis) veſtigia pulchra nepotes,
Si, Pietas dum cana viro comes additur vnà,
Legibus inſiſtat patrijs acerrimus æqui
Defenſor, Diuosq;, & ſanctum Numen adoret,
Quid non ſperemus fauſtum? ſcelus omne peroſus
Conſilijs aderit ſemper vitalibus auctor
At ſi quis, peior cui ſit ſententia cordi,
Sectetur vitia, & laxis decurrat habenis,
Quamuis aſtrorum curſus, ignemq; tonantem
Nouerit, & rerum varios penetrauerit ortus,
Illa (piget fari) memori quæ mente recondet,
Crimen alent fœdum, & ſcelerum vertentur ad vſum.
Sedulitas hinc orta tua eſt, & prouidus almæ
Vbertatis amor, cum te irrequieta vocaret
Et ſegetum cura, & grauidæ cuſtodia meſſis:
Quandoquidem hoc opus eſt adeo, vt ſollertia regum
Ni auxilio ſubeat, magnum, & commune periclum
Immineat, nullamq; auſim ſperare ſalutem;
Tanta famis vis, & viuendi eſt tanta cupido.
Id viſum ante annos aliquot, cum pallida ſemper
Italia in magna, atq; Europam penè per omnem
Ora fame ingluuie ventris ſtimulante voracis
Solari optarent decuſſa guttura glande,
Et cineres Cereri mixtos penuria edendi
Cogeret, & ſaxo ſiliquas abſumere ruptas.
Tum miſeræ voces inopum, vagitus & ingens
Per fora, perq; domos auditus, & vbere ſicco
Haud

Nec tibi conceptos animis æquare labores
Sat fuit, at ſuperans longè expectata perennem
Egregijs famam rebus, nomenq́; paraſti,
Ut te nulla dies memori poſt eximat æuo,
Manſurumq́; tibi non duro è marmore templum
Erexti, verum hanc vrbem, populumq́; potentem,
Quotq́; habet illa viros altaria viua dicaſti.
Hoc opus, hic labor eſt, atq; hæc tibi maxima cura
Scilicet, vt pulchras artes, & dona Mineruæ
(Iis neq; enim ſolis Cœlo contentus abires)
Relligio regat, & coniungat fœdere dextram,
Quæ ſecus ingentem caperent malè tuta ruinam.
In pictis veluti pratis æſtate ſerena
Si ad flores vertantur apes, atq; agmine fuſo
Obſideant apicem, populentq́; virentia rura
Et cæræ, & dulcis generandi ardore liquoris,
Tum quicquid ſenſim in paruam demittitur aluum,
Melle vltrò mutant, atq; implent nectare cellas.
Sin ſuccos labris (dij peſtem arcete) bibentem,
Atq; auidas pulchro ſaturantem germine fauces
Accipiant herbæ colubrum, cui terga trahuntur
Lubrica, & inſano triplices ſunt gutture linguæ,
Multipedemue ferum mutatæ ſemen Aracnes,
Heu ſoluunt in lethiferum ſe ſe hauſta venenum
Lilia, & in potus violæ vertuntur amaros.
Non aliter pateant cui priſci oracula ſecli,
Et quæ facundi veterum ſcripſere ſecuti

(Tantus amor laudis) veſtigia pulchra nepotes,
Si, Pietas dum cana viro comes additur vnà,
Legibus inſiſtat patrijs acerrimus æqui
Defenſor, Diuosq́;, & ſanctum Numen adoret,
Quid non ſperemus fauſtum? ſcelus omne peroſus
Conſilijs aderit ſemper vitalibus auctor
At ſi quis, peior cui ſit ſententia cordi,
Sectetur vitia, & laxis decurrat habenis,
Quamuis aſtrorum curſus, ignemq́; tonantem,
Nouerit, & rerum varios penetrauerit ortus,
Illa (piget fari) memori quæ mente recondet,
Crimen alent fœdum, & ſcelerum vertentur ad vſum.
Sedulitas hinc orta tua eſt, & prouidus almæ
Vbertatis amor, cum te irrequieta vocaret
Et ſegetum cura, & grauidæ cuſtodia meſſis:
Quandoquidem hoc opus eſt adeo, vt ſollertia regum
Ni auxilio ſubeat, magnum, & commune periclum
Immineat, nullamq́; auſim ſperare ſalutem;
Tanta famis vis, & viuendi eſt tanta cupido.
Id viſum ante annos aliquot, cum pallida ſemper
Italia in magna, atq; Europam penè per omnem
Ora fame ingluuie ventris ſtimulante voracis
Solari optarent decuſſa guttura glande,
Et cineres Cereri mixtos penuria edendi
Cogeret, & ſaxo ſiliquas abſumere ruptas.
Tum miſeræ voces inopum, vagitus & ingens
Per fora, perq; domos auditus, & vbere ſicco

Haud

Haud poterat paruos genitrix educere natos;
Nec deerat (ſi vera ferunt) cui rebus egenti,
Omnibus ante ſuos, atque inter brachia flentum
Pectore mors animam miſerè eripiebat inani.
At nos hic longè (fuerint ſeù dona Deorum,
Seu Venetum Heroum ſtudium) fœlicior aura
Impulit, & tuti durum confecimus æquor;
Tuq; adeò dum ſceptra tenes haud ſegnior vllo,
Hic ſedem ſibi flaua Ceres, regnumq; locaſſe
Creditur, & pleno victum dat Copia cornu.
Nec minus emicuit, ſi quando id poſceret æqui
Contemptus rigor, & ſcelerati inſania vulgi,
Iuſtitia in pœnis hominum pro crimine fœdo.
Dira eſt ante alias (ſi verum eſt fata vetuſtas)
Hoſtis acerba virum, & furiarum maxima, quà ſe
Nigra per infernas effundunt ſtagna tenebras;
Illam cum primum magni ſtetit ardua Cœli
Moles, & proprio librata in pondere tellus,
Immaniq; Megæræ, Tiſiphoneq; ſororem
(Heu peſtes) Acheronte ferunt, & nocte furenti
Primæuum in patrem genitam, exitioq; nepotum.
Monſtrũ horrendũ, amens, cui quot ſunt crinibus angues,
Tot linguæ totidem ora vomunt lethale venenum,
Quod nec tartareæ valeant ſufferre cateruæ;
Expirant ignes oculi, ſtat flammea dira
Tæda manu, fœdæq; humeris ingentibus alæ,
Et centumgemino ſinuoſa volumine cauda,

No-

Nocte, dieq; volat ſtridens, inimicaq; ſomno
Territat humanum ſæuo genus omne flagello,
Callidaq; innumeras mutato corpore formas
Induit, Alecto nomen dixere priores.
Hæc in Chriſticolas Thraces pugnare ſuperbos,
Atque Arabas, verſis & fallere docta ſagittis
Agmina, dum curſu ſimulant dare terga volucri,
Chriſticolasq; inter ſe animis diſcordibus ipſos
Tartareum inijciens ignem dimittere pacem
Suadet, & infandum conuerti ad Martis amorem,
Hinc caſtra, hinc acies, armorum inuentus & horror.
Nec ſatis eſt illi magnos ad prælia reges
Cogere, & ingentes terras euertere bello,
Verum vrbes agitat paruas, verum oppida, verum
Syluas, & paſſim collectos turbat agreſtes,
Succenditq; animos odijs, irasq; miniſtrat.
Exardent aliqui, & concepta in pectore flamma
Suſpectuue leui, rerumue cupidine capti
Arma parant obliti hominum, oblitiq; Deorum,
Et ſocium obtruncant, & fratrem ſæpe trucidant
Auſi immane nefas, patribus neque parcitur ipſis,
Impiaq; inſonti ſparguntur tela cruore.
At læſis ſi ægræ vires, & frigida coram
Dextera, & ignauos timor arguat, ære repente
Expediunt tormenta cauo, cui plurimus ignis
Sulphurei inſeritur concreto puluere nitri,
Et muro, aut cæca tecti caligine noctis

(Ab

Haud poterat paruos genitrix educere natos;
Nec deerat (ſi vera ferunt) cui rebus egenti,
Omnibus ante ſuos, atque inter brachia flentum
Pectore mors animam miſerè eripiebat inani.
At nos hic longè (fuerint ſeù dona Deorum,
Seu Venetum Heroum ſtudium) fœlicior aura
Impulit, & tuti durum confecimus æquor;
Tuq; adeò dum ſceptra tenes haud ſegnior vllo,
Hic ſedem ſibi flaua Ceres, regnumq; locaſſe
Creditur, & pleno victum dat Copia cornu.
Nec minus emicuit, ſi quando id poſceret æqui
Contemptus rigor, & ſcelerati inſania vulgi,
Iuſtitia in pœnis hominum pro crimine fœdo.
Dira eſt ante alias (ſi verum eſt fata vetuſtas)
Hoſtis acerba virum, & furiarum maxima, quà ſe
Nigra per infernas effundunt ſtagna tenebras;
Illam cum primum magni ſtetit ardua Cœli
Moles, & proprio librata in pondere tellus,
Immaniq; Megæræ, Tiſiphoneq; ſororem
(Heu peſtes) Acheronte ferunt, & nocte furenti
Primæuum in patrem genitam, exitioq; nepotum.
Monſtrũ horrendũ, amens, cui quot ſunt crinibus angues,
Tot linguæ totidem ora vomunt lethale venenum,
Quod nec tartareæ valeant ſufferre cateruæ;
Expirant ignes oculi, ſtat flammea dira
Tæda manu, fœdæq; humeris ingentibus alæ,
Et centumgemino ſinuoſa volumine cauda,

No-

Nocte, dieq́; volat ſtridens, inimicaq́; ſomno
Territat humanum ſæuo genus omne flagello,
Callidaq́; innumeras mutato corpore formas
Induit, Alecto nomen dixere priores.
Hæc in Chriſticolas Thraces pugnare ſuperbos,
Atque Arabas, verſis & fallere docta ſagittis
Agmina, dum curſu ſimulant dare terga volucri,
Chriſticolasq́; inter ſe animis diſcordibus ipſos
Tartareum inijciens ignem dimittere pacem
Suadet, & infandum conuerti ad Martis amorem,
Hinc caſtra, hinc acies, armorum inuentus & horror.
Nec ſatis eſt illi magnos ad prælia reges
Cogere, & ingentes terras euertere bello,
Verum vrbes agitat paruas, verum oppida, verum
Syluas, & paſſim collectos turbat agreſtes,
Succenditq́; animos odijs, iraſq́; miniſtrat.
Exardent aliqui, & concepta in pectore flamma
Suſpectuue leui, rerumue cupidine capti
Arma parant obliti hominum, oblitiq́; Deorum,
Et ſocium obtruncant, & fratrem ſæpe trucidant
Auſi immane nefas, patribus neque parcitur ipſis,
Impiaq́; inſonti ſparguntur tela cruore.
At læſis ſi ægræ vires, & frigida coram
Dextera, & ignauos timor arguat, ære repente
Expediunt tormenta cauo, cui plurimus ignis
Sulphurei inſeritur concreto puluere nitri,
Et muro, aut cæca tecti caligine noctis

(Ah pudor) incauto lethum crudeliter hoſti
Moliri gaudent, circum tonat ora fragore,
Terror vbique ingens, incertaq́; frigidus æquè
Pulſat corda pauor, & mortis oberrat imago,
Luctantemq; animam miſer efflat, & ordine verſo
Tardior anguſto ſequitur de vulnere ſanguis.
Nec ſolùm hæc fieri paſſim memoranda putandum
Hac duce, nanq́; alius, cui feruida corda iuuenta
Væſanis agitat ſtimulis malè ſuada libido,
Haud inopum parcit laribus, tum virgine rapta
Turpiter inſano molitur crimen amore,
Sin contrà ſeruare inhiet generoſa pudorem,
Ille furens animi, infenſusq́; minatur, & atram
Intentat cædem, & ſtricto vi polluit enſe.
Sublatis alius furtim ſub nocte profunda
Diuitis è tectis argenti, auriq́; talentis
Ignarus fatorum, aderit cum tempus, amictu
Incedit melior, dapibusq; epulatur opimis.
Vi rapiunt illi, atque illi mercede negata
Auertunt ab ſe miſeros, aut fraudibus vſi
Decipiunt, Diuumq; iras, dextramq; laceſſunt
In ſeram læti differre piacula mortem.
Hos, & quos caſus ſimiles obiecit, opacis
Inclutos partim tenebris, & carcere duro
Perpetua trepidos ſoluens formidine ciues
Damnaſti, partim diuerſas quærere terras
Dilecta extorres patria, pulſoſque paternis,
Sedi-

Sedibus egiſti, & te flexit nulla precantum
Gratia, non gazæ ingentes, non aurea dona,
Nobilitas & nulla reum tutata redemit;
Immo etiam quæ larga viris eſt, copia fandi
Quanquam placari ſperarent iudicis iras,
Dum dictis minuunt ſcelera, aut crudelia celant
Crimina (quandoquidem legem haud damnare liceret)
Non contra obniti potuere, & tendere tantum,
Quin merita ſontem peteres ad triſtia pœna
Supplicia, ij voces, atque irrita vota ferebant,
Quod ſi quis leuibus cœpit ſuccumbere culpis
Exilio haud dignus, nec dextra vindice, turpi
Hunc tu quo arceres opere, & peiora vetares,
Alloquio, docuit puerum quod te optima Pallas,
Suaui appellabas, licet acri, & conſcius ipſum
Multa monens dulci velabas verbera voce.
Sic medicas adhibere manus, atque ægra leuare
Corpora qui ſuerunt, puero dum fortè querenti,
Ignea vis morbi teneros cui paſcitur artus,
Inuiſi potu calices portantur amaro,
Vitales vitiant latices, & pocula dulci
Mille linunt, ille vt ſummo flens attigit ore
Deceptus pleno tandem ſe proluit auro,
Aeſtus abit, redeunt vires, oculique decori.
Quinetiam ſi quis miſeris in rebus adeſſet
Suppliciter coram, tu blandis vocibus ægrum
Compellare virum, dictis & demere curas

In-

Ingentes contrà poteras, opibusque iuuare.
Hinc tibi perpetuo iunxiſti fœdere mentes,
Atque omnes mirati animum moremque regendi,
Virtutemque tuam te intentis lucibus vnum
Suſpiciunt, gemitumque ingentem pectore ducunt.
Ante alios NOGAROLA domus fœcunda virorum
Magnanimum genitrix, Itala quæ in gente tot annos
Floruit, & Soli par nomine circuit orbem,
Multa dolens, abitumque viri, & mandata Senatus
Tollit te Cœlo, & fulgentibus inſerit aſtris.
Nec ſileam quanto mœrentia pectora vatum,
Quos excepiſti blandè regalibus aulis,
Pulſentur motu, vocesque ad ſydera iactent
Mœſtas, & largis humectent fletibus ora.
Teſtor te, VALERINE, Maro cui grandia dictat
Carmina, quem nulli veterum ſermone ſecundum,
Dum canis Heroum laudes, hominumque labores
Poſt Iauarini decepto Cæſare furtum,
Miramur, priſcum & reparatum cernimus æuum.
Nec te tranſierim Phœbi ſublimis alumnum,
OCTAVI, cui magna datum in penetralia ſedem
Transferre, & fari, atque audire à Præſide voces,
Aſpectuque frui, & ſemper præſente potiri.
Verum ad vos, & veſtra, Patres, conſulta reuoluor,
Adriaci Patres, Italæ ingens gloria gentis,
Hunc adeò mira Procerem virtute micantem
Accipite, & meritos illi concedite honores;

Nam

98-106-29

Nam ſi mens eſt huic lapſo ſuccurrere ſeclo,
Atquè hominum inſtaurare animos tot caſibus actos.
Poſcimus hunc vnum, & votis ad ſceptra vocamus
Vnanimes, memoresque operum, memoresq; laborum;
Nec ſecus ad patrios illum VERONA penates
Fortè referre pedem ſineret, ſolatur amantem
Hoc vnum, hac ſola ſpe mitigat illa dolorem.

~~H595
N479s
V.1~~

J595
N479S
V.1